



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 114. Innocentii XI. epistola ad Episcopum Apamiensem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

„a justæ causæ defensoribus multo ante Sæc. XVII.
 „rejectum, neque mereri, ut earum A. C. 1679.
 „ratio habeatur: idipsum nos, inqui-
 „rendo & scrutando singula, plane com-
 „perimus; ac propterea eundem Ora-
 „torem tuum, cum proxime ad nos
 „accessit, requisivimus, ut de his Ma-
 „jestatem tuam diligenter edoceat, no-
 „stramque propensissimam erga te vo-
 „luntatem, & constans perpetuumque
 „de te & de tuo inclito Regno bene
 „merendi studium prolixè testetur.,,

§. CXIV.

*Innocentii XI. epistola ad Episcopum
Apamiensem.*

Interim Apamiensis Episcopus hoc rur- *Gall. vind.*
 sus anno omnibus, qui Regaliarum *p. 266. Dis-*
 obtentu in quoddam suæ Diæcesis be- *fert. x. §. 8.*
 neficium involaturi essent, anathema
 intentabat, simulque suum Clerum,
 gregemque a perversis morum doctri-
 nis ac corruptelis vindicare, pastoralis
 vigilantia satagebat: verum hoc ipso
 suo fervore illorum, qui laxioris do-
 ctrinæ, ac Regaliæ Patroni erat, invi-
 diam, ac vexandi pruriginem acue-
 bat, novis inde calamitatibus oppres-
 sus: re comperta Innocentius Papa
 hunc Episcopum rursus consolari, at-
 que ad constantiam excitare haud de-
Hist. Eccles. Tom. LXIV. Cc stitit,

Sæc. XVII. stitit, eidemque die secunda Augusti
A.C. 1679. hanc transmisit epistolam: „Præcipue

„argumentum lætitiæ attulerunt nobis
 „literæ Fraternitatis tuæ proxime ad
 „nos datæ, in quibus eximium tuum
 „de integra atque incorrupta servanda
 „morali Theologia, de instauranda
 „Cleri, & Regularium Ordinum disci-
 „plina, deque propulsanda ab Ecclesia
 „sæcularis potestatis injuria, zelum stu-
 „diumque diserte declaras. Et qui-
 „dem quod ad Diæcesis tuæ rationes
 „pertinet, gratias Divinæ Majestati a-
 „gere non cessamus, quod in tanta re-
 „rum ac temporum difficultate suscita-
 „verit sibi Sacerdotem fidelem, qui
 „opponat murum pro domo Israel. Ne-
 „que dubitamus, quin tot experimen-
 „tis probata, & confirmata virtus tua,
 „egregio proposito, Deo bene juvante,
 „ad extremum constanter insistat, pa-
 „rati omni ope & auctoritate nostra tibi
 „pro Dei honore tam strenue laboranti
 „perpetuo adesse. Reliqua a dilecto
 „filio Archipresbytero Aquensi Viro
 „pio, atque industrio, qui tuas nobis
 „litteras reddidit, & a quo has Nostras
 „accipies, fusius cognoscēs, ac Fra-
 „ternitati tuæ Apostolicam Benedictio-
 „nem impertimur.,